

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia ab
cum uariis

Radix quippe cuncti mali et regina omnium uiciorum superbia est de qua scriptura attestante dicitur: Inicium omnis peccati superbia. Septem principalia uicia de superbie uirulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaricia, uentris ingluuies et luxuria. Nam quia hiis septem superbie uiciis nos captos dyabolus tenuit, idcirco redemptor noster ad spirituale liberacionis bellum septiformis gracia plenus uenit.

Gregorius libro XXXI. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Superbia ab] Superbia z P V¹ V² L¹ L²; principalia] super *add. (del. sub lin.)* M; hiis] is V¹;
Gregorius libro XXXI. moralium] ibidem L¹ L²; libro XXXI. moralium] ibidem V²